



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Materia scriptoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

fudiosè usurpet, sérìo admonendum esse. Ut autem ea, quæ
iò dicuntur, melius intelligentur, hæc, quæ subijcio brevi-
ter notanda sunt.

Primo per Conscientiam hoc loco nihil aliud intelligi,
quim dictamen & judicium intellectus, quo aliquid bene vel
male factum esse judicamus. Hinc cùm hoc dictamen nos
male fecisse dictat, Conscientia nos reprehendere dicitur :
cum imperatum quid esse dictat, ligare : cùm scrupulum
commisi peccati ingerit, remordere : cùm denique nihil nos
peccasse judicat, absolvere censetur.

Secundò notandum, hanc Conscientiam tunc examinari
tenseris, quando per intellectum & memoriam super actiones
à nobis perpetratas, itēmque super verba & cogitationes no-
bitas non nūdè duntaxat nos reflectimus, sed insuper etiam
errores, quos à nobis commissos fuisse deprehendimus, de-
testamur. propositumque firmum concipimus deinceps sedu-
lo eisdem devitandi, & corrigendi. Unde meritò Examen
hoc iudicio simile dicitur, in quo nos ipsos coram DEO di-
judicamus, ut in altera vita ab eodem amplius non judice-
mar, quoad culpam intellige. Hinc rectè S. Augustinus in
l. de util. agenda pœnit. monet : *In tribunal mentis tuae
ascende, Et reum te constitue ante te. Noli te ponere post te,
ne DEVSpontat te ante te.*

Tertio notandum duplex ejusmodi Examen à S. Ignatio
hic praescribi, generale scilicet, quod ad omnium delicto-
rum purgationem adhibetur; & particulare, quod ad singu-
latis aliquujus delicti emendationem instituitur; quæ ultra-
que, quanti aestimanda, & quomodo facienda sint, suprà in-
prime partis primo capite fusiùs ostensum est, quæ proinde
hodie utiliter legi possunt.

Materia Scriptionis.

Materiam Scriptioni hoc die accepta à divina bonitate
beneficia dabunt, quæ quidem ut sedulò annotentur, & suo
tempore telegantur, sequentes quatuor rationes persuaderè
possunt. 1. Quod talis annotatio ad negotiationem spiri-
tualem vel maximè pertineat; ut enim Mercatores, ut faci-
lius lucrum vel damnum suæ negotiationis facilius cogno-
scant, non tantum expensum, sed etiam acceptum diligen-
tissimè. VIII.

ter annotant, ita eandem industriam à Negotiatore quoque spirituali adhiberi convenit. 2. Quod eadem annotatio gratias DEO pro tot beneficiis frequenter & ferventer agendis vehementer impellat, & hoc ipso ad plura beneficia in petranda disponat; cùm, ut Cassiodorus epist. 4. recte advexit, *invitet ad magna, qui gratanter suscipit modicas spem de futuris recipiat, qui transatlantab beneficia recognoscet.* Ideò certè non possunt in nobis dona gratia fluere, quia gratia sumus Authori, nec totum refundimus fontali origine semper enim debetur gratia dignè gratias agenti, teste Thomas Kemp. l. 2. c. 10. 3. Quia Charitas etiam erga Deum non modicè inflammatur per ejusmodi memoriam, cùm nihil æquè alliciat ad amorem, quām amor, amor autem rationis magis judicio, quām operibus & beneficiis demonstratus. Hinc exclamare cum S. Bernardo cogitur, qui tam multiplicia, immò innumera beneficia se accepisse agnoscit. *Ancharitas, amat imminetas, & nos rependimus cum mensura?* 4. Quod fiducia quoque non postremum animo servire volentis bonum per ejusmodi beneficia sèpiùs in memoriā vocata tanquam vivos carbones mirum quantitate acceditur, cùm per talia beneficia DEVS agro fertili, filii esse cognoscatur, cui tantò libentius semina nostrā committimus, quantò liberalius eadem nobis cum fœnore ad alio restitui advertimus. Proderit ergo, Catalogum brevi ejusmodi beneficioū, specialium maximè, confidete, cùm sèpiùs per annum relegere, ut suprà indicati quatuor instantes obtineantur. In quo tamen Catalogo non tantum prospera, sed etiam adversa notanda sunt, cùm & hæc inter beneficia numerentur, ut bene S. Chrysostomus ita Symb. advertit dicens: *Admoneo vos, ut Dominum seminatis benedictis. Si generint mala, benedicite, & dissolvatis mala. Si prospera generint, benedicite, & perseverate bona.* Poterit autem talis Catalogus hoc vel simili modo confici.

Catalogus Beneficiorum specialium à DEO acceptorum.

Hoc anno, mense, die (singula distinctè explicari conatur) ex singulare bonitate & providentia DEI , à Parente

re quoq;
notatio
ter age
eficial
tè adve
solida;
e, quia
li origi
teste Ta
rga De
m, cum n
autem n
nonstrem
am mult
scit. An
um men
nimz De
pius in m
i quantu
rtilli, fin
ostra con
enore al
im brev
ere, cui
auor in
num P
næc men
mus tra
sum sem
issolutu
severatu
mili no
DEO
cari co
Parenti
Ch

Christianis natus, in hunc Mundum cum integris membris & corpore prodigi, & salutari sacri baptismatis undâ feliciter absitus, S. Angelum Vitæ meæ Custodem, & hos Sanctos (oecundum nomen, quod geris) Patronos accepi; multis item à DEO tam supernaturalibus gratiæ & virtutum, quam naturalibus ingenij & aliorum talentorum donis suum donata. Ob quæ proinde benedicam Dominum omni tempore, semper laus ejus in ore meo.

Hoc die, mense, anno, Sacrosancti Christi Sacramento initiatus, militiæque Christianæ adscriptus sum. Hinc exclamabo cum Davide Psal. 22. *Dominus protector vita (& fidei) meæ, a quo trepidabo. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.*

Hoc anno ad literas, & artes liberales addiscendas, beneficio innumeris non concesso applicatus, fundamenta pro Sacerdotali Statu jacere coepi. Quare iterum exclamo cum Davide Psal. 70. *DEVS docuisti me à juventute mea: Et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.*

Hoc anno, mense, die in Congregationem B. Virginis Annuntiatae suscepimus, non modicum ad virtutem plantandam adjumentum, & stimulos accepi. O utinam, Christe, sic ut tradidisti tu Matrem tuam mihi dicens: *Ecce Mater tua: ita ego eandem revereret, & coleret, ut jure de me quoque dici posset: Et accepit eam ex illa hora in suam.*

Hoc anno primos ad Sacerdotali Statum stimulos sentios, eisdem acriss quotidie stimulantibus, cum Confessario de Vocatione agere coepi, & post feriam deliberationem, tandem cum consilio dicti Confessarij amplecti statui. O Domine, quid est homo, quod memor es ejus? aut Filius homini, quia innotuisti ei?

Hoc anno post multas difficultates ad ipsam Presbyteratus dignitatem promotus sum: *Propterea, o Domine, voluntarie sacrificabo tibi, Et confitebor nomini tuo, quoniam bonum est.*

Hoc anno ad Beneficium Ecclesiæ N. assumptus, curam Animatum suscepimus. O utinam tecum, O Christe, dicere possum: *Pater Sancte, quos dedisti mihi, custodiri, Et nemo ex eis perire.*

Hoc anno sat gravi morbo benignissimè à DEO visitatus,

tus, post sex vel septem hebdomades feliciter iterum eodū liberatus sum. Ideo omnia membra mea confitemini meo Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.

Hoc anno grave per grandinem damnum in frugibus passus sum; sed si bona à Domino recipimus, mala quatenus pari patientia sustineamus; *Sicut Domino placuit, ita etum est. Sit nomen Domini benedictum.*

Hoc anno graves ab Inimicis meis persecutioe sufficiunt graviterque ab iisdem, licet falso accusatus sum. Sed ma mea, DEI providentiae, & suæ innocentiae confisa, ipsa passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus & nos liberati sumus. Simili ergo modo vel breviori quoque beneficia annotari poterunt.

EXERCITIA SECVNDAE HEBDOMADA.

Proœmium.

Postquam in priori hebdomade cognovit Exercitans, quod finis illi à DEO præfixus sit, & quam longè ab illo atrauerit, ideoque in viam, quæ dicit ad vitam, redire stante omnia de perito Duce prospiciendum est; nam, ut res S. Franciscus Xaverius dicere solet, nulla est certior, tñorque ratio, recta ac sine errore ad perfectionis apicem proveniendi, quam peritum itineris sequi Ducem; quem autem apriorem Ducem eligere poterit, quam illum, quem ipsi ter æternus assignavit Matth. 17. dicens: *Hic est Filius dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quod seipso Joan. 8. dixit: Ego sum lux Mundi, qui me sequitur non ambular in tenebris.* Et iterum Joan. 14. *Ego sum Veritas, & Vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me. Sed quæ verba eleganter S. Augustinus in Psal. 109. Parvum DEO, inquit, ut Filium suum daret demonstratorem, sum ipsum viam fecit, ut per illum ire, regentem te, amantem per te.*

Finis ergo & Scopus hujus & posterioris hebdomadae Initatio Christi secundum Apostoli ad Rom. 13. confitit.